D. IODOCI
DAMHOVDERII
EQVITIS AVRATI,
VTRIVSQVE IVRIS DOCTORIS,
CONSILIARII CÆSARII ET REGII
OPERA OMNIA.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA · SALAMANCA

D. IODOCI DAMHOVDERII

EQVITIS AVRATI,

V. I. DOCTORIS, CONSILIARII CÆSARII ET REGII

OPERA OMNIA,

IN QVIBVS PRAXIS RERVM CIVILIVM,

ET CRIMINALIVM,

OMNESQVE INSVPER TRACTATVS, QVI REPERIRI POTVERVNT

BREVITER ET DILVCIDE PERTRACTANTVR

Annotationibus perpetuis ad Theoriam ſimul & Praxim reſolutiuis NICOLAI THVLDÆNI I. C. & nouiſſimè marginalibus additionibus ad maiorem Lectoris commoditatem illuſtrata.

TOMVS I.

AD NOBILISSIMVM ET PERILLVSTREM VIRVM

D. THOMAM LOPES DE VLLOA

BARONEM DE LIMALE &c.

ANTVERPIÆ,

APVD PETRVM BELLERVM.

M. DC. XCVI.

NOBILISSIMO PERILLVSTRI VIRO

DOMINO

THOMÆ LOPES DE VLLOA,

BARONI DE LIMALE,

TOPARCHÆ DE BIERGES,

FANI S. LAMBERTI, CHAMPLES,

DEL VALLES, &c.

ORDINIS ALCANTARÆ EQVITI.

CATHOLICO REGI A CONSILIIS BELLICIS,

EIVSQVE APVD BELGAS

MILITARIS ÆRARII SVMMO PRÆFECTO.

LITTERARVM, BONARVMQVE ARTIVM

MECOENATI OPTIMO.

NON vna me cauſſa, NOBILISSIME DOMINE, iam dudum impellit, vt gratâ aliquâ animi ſignificatione, ſummam in Te obſeruantiam meam, ardénſque ſtudium, teſtatum eſſe omnibus velim. Siue enim priuata in me, ſiue communia in alios merita tua cogitem, occulta neſcio quæ vis adigere me videtur, vt, ſi non pari, grato tamen munere, Tibi gratiam referre adnitar. Id animo voluens, quum Officinæ meæ forulos excuſſiſſem, ex illo auctorum numero, in quorum editione præla mea deſudant, certo iudicio eum

PRAXIS RERVM CIVILIVM AVCTORE CLARISSIMO VIRO D. IODOCO DAMHOVDERIO BRVGENSI EQVITE AVRATO V. I. DOCTORE &c.

CAPVT PRIMVM.

Quæ perſonæ neceſſaria in Iudicio?

Tres perſonæ in Iudicijs neceſſariæ.

1 IN REBVS ciuilibus non ſecus quàm in rebus criminalibus, hoc eſt, in omnibus iudicijs tres omninò perſonas (*a*) adeſſe neceſſum eſt, ſcilicet: Actorem, Reum, & Iudicem, Actoris eſt intendere, obijcere, & expetere, Rei eſt intentata infirmare, obiecta refellere, & petita cum iuris æquitate negare. Ad hos duos collitigantes, (*b*) accedit Iudex intermedius, qui vtramque perſonam æquis & benignis auribus audit, & requiſitus æquam iuſtitiam adminiſtrans, alterutri ſententiam pronunciat, alterum damnans, alterique iuſtitiam adiudicans, vt *l. Intribus & l. Inter litigantes*, & ibi Barto. *ff. de iudic.* & Specul. *in princip. poſt proœm. & tem. De comparitione in termino, verſic. penult. & tem. De interrogat. quæ fiunt ante litem conteſtatam c.1.4. q.4. &c. Forus, extra de verbo ſignific.* & D. Placentinus *tit. 8. de Iudice & iudicijs, num.1.*

In Curijs Feudorum Flandriæ, ac alijs ibidem conſiſtorijs quarta perſona eſt neceſſaria.

2 In Curijs verò Feudorum Flādriæ, & in omnibus eiuſdem conſiſtorijs (vulgò Dierſcharen) oportet adeſſe quartam perſonam eamq; neceſſariam, ſcilicet, Dominum monitorem aut requiſitorem, quem vulgus vocat (den Maendere oft Maenderere) nam niſi hæc perſona adſit quæ Iudicem ad ius dicendum moneat, nec pares curiæ (vulgariter) homines feudales, nec ipſi Scabini (*c*) vellent, aut poſſent (*d*) ius facere aut dicere. Quæ conſuetudo, imò quod ius ipſum per totam Flandriam peculiariter obſeruatum eſſe, nemo eſt qui dubitare poterit.

ANNOTATIONES NIC. THVLDÆNI IN CAPVT I.

a TRES OMNINÒ PERSONAS.] Adde Oldrad. *Conſil.* 115. *ſub num.1.* Dec. *poſt alios latiſſ. ad rubr. extr. de iud. in lectur. 1. num.* 25. *cum ſeqq. & in lect. 3. num. 26. cum ſeqq.* Gail. *lib.1. obſ. 47. ſub num. 2.* Vin. *deciſ. 38. num. 4.* Cardin. Put. *dec. 109. in fin. lib. 3.* Vinc. de Franc. *dec. 245. num. 6.* & in fin. Decian. in tractat. crimin. *lib. 4. cap. 1. num. 1.* Menoch. declarando, *conſ. 100. num. 259. cum ſeqq.* & nouiſſ. Muſcatel. *prax. ciuil. part. 1. gloſſ. verb. Reus in princ. & num. 10. & gloſſ. contendere, num. 22. & part. 2. gl. competentes, num. 4. & ſeqq.* Nec poſſe quem litigantium & iudicis partes ſuſcipere. Petr. Rebuf. *ad l. actionis verbo 34. verſ. 2. patet ff. de verb. ſignif.* & nouiſſ. Monter. à Cueua *dec. 2. ſub num. 14.*

Iudex eſt potiſſima pars iudicij.

b *Accedit.*] Iudicem eſſe potiſſ. partem iudicij, Rebuff. ad conſtitut. reg. *tom. 1. tract. de ſenten. execut. art. 3. gloſſ. 2. num. 1. in fin.* eiuſque imperatorem & ducem, Vant. de nullitat. proceſſ. *tit. null. ex defect. iuriſdict. num. 2.* Gratian. *dec. 144. num. 19.* & nouiſſ. Gilman cameræ Imp. deciſ. 40. *num. 1. lib. 2.* Muſcat. *d. gloſſ. competentes, nu. 4. in fin. cum ſeqq. vbi ſub num. 6.* poſſe aliquando eſſe iudicium ſine actore aliquando ſine reo, ſed ſine iudice competente, iuriſdictionemque habente nunquam conſiſtere. qua de re latè, etiam Marant. de ordin. iud. *part. 2. num. 1. cum ſeqq.* vbi tres perſonas adeſſe debere verè vel fictè; idemque Sichard. *ad rubr. C. de iud. num. 2.* in fin. & latiùs apud Menoch. *d. conſ. 100. num.* 263. cum ſeqq.

Iudicium ſine iudice competente, & iuriſdictionem habente, non poteſt conſiſtere.

c *Scabini.*] De his quique appellentur, dixi ad Damhoud. *in loc. com. par. tit. facta per magiſtratum, ad verb. decurionum.* Leonin. *conſ. 87. num. 1.* latè atque eleganter Imbert. in Enchirid. *iur. Gall.* verb. *filia naturalis.* poſt princ. vbi item de etymologia, de qua nouiſſ. & Marchant. in comment. Fland. *lib. 1. cap. De magiſt.* qui ad cuiuſque loci ſubd. reſpic. in princ.

Apparitor in ciuitatibus vice ſculteti præſidet iudicio.

d *Aut poſſent.*] Sæpè tamen apparitor in ciuitatibus vice ſculteti præſidet iudicio, ſæpè vnus ex iudicibus eligitur; vt fortè fortuna euenit, ita deputantur ad cauſam præſentem, vti appoſitè tradit *Zaſ. ad l. more. verſ. hi vicem gerentes ff. de iuriſd. omn. iud.* Hi (inquiens) ſi eorum perſonas expendas, non ſunt iudices ordinarij, quia ſunt omnino priuati: ſed ſi expenderis perſonam eius cuius vices gerunt, tunc exercent actum iuriſdictionis ordinariæ, ne dicantur iudicia eſſe nulla, carentia capite. Et iſta (ſubdit) ſunt notatu digna, ſi quando cauillatores vellent eludere ſententias ſub talibus perſonis datas, quaſi carentes capite iuriſdictionis, *fac et ratio in arg. l. 1. C. de offic.* eius qui vic. addens, iſta diſci conſuetudine frequentiſſima, quæ tanquam lex præbeat hanc iuriſdictionem. Et vidi ego apud nos obſeruari ſæpiſſimè. De reliquis autem huc ſpectantibus infrà opportunius *tit.* 10. diſſeremus.

Quando exerceant actum iuriſdictionis ordinariæ.

CLARISSIMI VIRI

D. IODOCI DAMHOVDERII

BRVGENSIS EQVITIS AVRATI

I. V. D. CONSILIARII CÆSARII ET REGII

PRAXIS RERVM CRIMINALIVM

OPVS ABSOLVTISSIMVM:

PRÆTORIBVS, CONSVLIBVS, MAGISTRATIBVS, ATQVE OMNIBVS IVSTITIÆ ADMINISTRIS NECESSARIVM,

Ab ipſo Auctore ante mortem tertia ſui parte auctum, & nunc ſecundò editum

CVM SVMMARIIS, CAPITVM ET TITVLORVM, MATERIARVM ITEM INDICIBVS COPIOSISSIMIS.

ACCESSERVNT EIVSDEM AVCTORIS

SENTENTIAE SELECTAE

PRAXEOS RERVM CRIMINALIVM, ET ALIARVM PARTIVM IVRIS SCIENTIARVMQVE.

ANTVERPIÆ,
APVD PETRVM BELLERVM.
M. DC. XLVI.

PRAXIS
RERVM CRIMINALIVM
ET
ALIARVM PARTIVM IVRIS
SCIENTIARVMQVE
SENTENTIAE SELECTAE
Ex varijs Authoribus in claſſes ordine alphabetico
dictionum digeſtæ:

AVCTORE
CLARISS. VIRO
D. IODOCO DAMHOVDERIO
BRVGENSE
EQVITE AVRATO,
IVRIS VTRIVSQVE DOCTORE,
CONSILIARIO CÆSAREO ET REGIO.

ANTVERPIÆ,
APVD PETRVM BELLERVM.
M. DC. XLVI.

Vulnerum quæ letalia & quæ non letalia, ibid.n.21
Vulnerans ſeipſum quaſi alteri vulnere illato punietur, cap. 90. numer.20
Vulneratus tantum moriens, quando non grauet vulnerantem crimine homicidij, c.75.num.2
Vulneratus letaliter & moriens vel ſua negligentia, malo regimine, concubitu venereo, larga potatione, mala cuſtodia medicorum, aut chirurgorum inobedientia, vel noxio cibo aut potu, ſuijpſius homicida eſt, & vulneratorem ab homicidij crimine liberat, cap.77.numer.19
Vxor an & quando poſſit facere eleemoſynam, ſine conſenſu mariti? & ſi facit vbi non poteſt, anne furtum committat? cap. 110. num.71
Vxor an poſſit commodare, ſine conſenſu mariti? remiſſiuè, ibidem num.72
Vxor an poſſit litigare, ſine conſenſu mariti? remiſſiuè, ibid.num.74
Vxor an poſſit compromittere, ſine conſenſu mariti? remiſſiuè, ibid. num.75
Vxor an poſſit alienare, quod prohibitum eſt alienari? remiſſiuè, ibid. num.77
Vxor & maritus quando ſunt extorquendi, quis ordo ſeruandus, cap. 37.num.16
Vxor à fideli teſtimonio ferendo rejjcitur. c.50.n.9
Vxor propter adulterium priuanda eſt dote & bonis paraphernalibus, c.80.num.24
Vxor poteſt occidere adulteram mariti in actu, non maritum, ibid n. 23. & 28
Vxor marito furans & cum mœcho fugiens punitur exilio, vel arbitrariè, c.110.num.41
Vxoris adulterium diſſimulauit Antonius Philoſophus Imperator, ca. 91. num.131
Vxoris clancularium adulterium, per maritum non eſt deferendum iudici, cap.42.num.3
Vxorem alterius ad adulterium ſollicitans punitur exilio, cap.91. numer.42
Vxorem caſtigans non peccat, ſi caſtigandi limitem non tranſiliat, ca. 145.num.1
Vxorem enormiter caſtigans à magiſtratu puniendus, ibid.n.6
Vxorum pluralitas & communitas apud pleraſque nationes licita, c.92. num.122. & 125
Vxorum proſtitutio apud aliquos nationes recepta, c.92.n.124

Z.

Z Odemia capitalium & publicorum criminum. cap. 40. numer. 1

Praxis rerum Criminalium D. IODOCI DAMHOVDERII Brugenſis, Viri clariſ. ac Iuriſconſulti Doctiſſ. de Iure haud malè meriti, finit feliciter.

Vt vino vendibili (iuxta Prouerbium) non opus eſt ſuſpenſa hedera: ſic nec vtile hoc opus eget commendatione; ipſum enim ſeſe oſtendit. l.1. ff. de reſt. in integ.

LECTORI TYPOGRAPHVS.

Beneuole Lector, ne indigneris, ſi omnia opera D. IODOCI DAMHOVDERII, I.V. Doctoris hic Tomus non complectatur, iniuriâ temporum non potuerunt omnia denuo in lucem tam citò prodire, ſecundum Tomum expecta, fauente Deo breuî lucem viſurum, interim vtraque praxi tam Ciuili, quàm Criminali fruere, & Vale.

FINIS.

ANTVERPIÆ,

EX OFFICINA BELLERIANA

PETRI BELLERI.

M. DC. XLVI.